

Gliratem conseruatiam totius & cuiuslibet partis eius. un/ de totus aer poneretur in loco aquæ hoc casu pars aeris non moueretur ad suum totum. Colligo hoc ex mente Philosophi & Auerr. in 4. Physicæ auscultationis. in text. com. 42. ubi Auer. in commen. inquit. super illis uerbis textus quod uero graue deorsum est. quod quid est ad mediū cōtinens deorsum est. & ipsū medium. Et dixit medium: quoniam graue non querit hunc finem. s. finem aquæ nisi secundum quod est medium totius. non secundum quod est finis aquæ. & si nō. tunc terra moueret ad aquā ubi eet finis ei. sicut ferrum mouetur ad magnetem ubi cūq; fuerit. & hoc non sentitur de aqua. hoc idem confirmat Aristo. in 4. Cœli & mundi in text. com. 22. quod si terra effet sub luna partes non mouerentur ad totum. nam si partes terræ mouerent ad totam terram. non mouerentur ad totum ratione qua totum. sed ratione loci in quo totum naturaliter est locatum. Habet etiam ueritatem propositio in his quæ sunt homogenea. ut glossat Commen. primo Cœli com. 19. Nam quæ habent eandem diffinitionem. habent eandem formā. & quæ habent eandem formam. habent eandem actionem. & ideo fallit propositio in heterogeneis. quia non est necessarium quod ad id. ad quod mouetur totum. mouetur pars. aut e contra. sicut clarum est de se. * ¶ Vnde Alex. dicit primo Cœli 84. quod ista propositio locum non habet de animalibus. quia esse animalis non consistit in motu ad locum naturā. quod debetur partibus ex quibus constat. sicut esse mundi consistit in naturali motu primarum partium ex quibus constat. nam animal mouetur ab anima non à natura. ¶ Animaduerte tamen unum pulchrum hic secundū Philosophos. Quod locus debetur corporibus ratione magnitudinis. sed differentia locorum debetur eisdem ratione qualitatis sensibilis. Ratio primi est nam cum locus sit æqualis locato: æquale autem & inæquale sunt quantum quæresiones. ut dicit Philosophus in Prædicamentis. ideo locus absolute debetur corporibus ratione magnitudinis. unde Aristo. in 4. Physicæ auscultationis. in text. com. 76. inquit sicut enim si in aqua apponar aliquis cubum distabit tanta aqua quantum est cubus. & parum infra ibidem dicit quare & si separaretur ab omnibus aliis. & neque leue. neque graue sit continebit æquale spaciū. & in eadem erit quæ est & loci & uacui parte. ubi Commen. in com. inquit. & dixit. ad hoc declarandum quod impossibilitas penetratio nis corporum accidit eis ex suis terminis mathematicis. non ex foris accidentibus sensibilibus. unde corpora Mathematica quæ abstrahunt à qualitibus sensibilibus sunt in loco. nam ut scribitur in primo de Generatione & corruptione. in text. commen. 44. locus & tactus sunt inseparabiles à corporibus mathematicis. licet huius oppositum Aristo. dicere uideatur in primo Cœli & mundi in text. comen. 69. ubi habet quod omnia corpora quæ sunt in loco sunt sensibilia. tamen Commen. ibi soluit istam contradictionem dicens. quod Aristo. intellexit conuersam. uidelicet. quod omnia corpora sensibilia sunt in loco. quæ tamen expositio non concederetur ab Alex. qui ut scribit Auer. in eo. in 4. Physicæ auscultationis. in com. 43. dixit. quod non est impossibile corpus aliquid non in loco esse. quia locus non est corporis sensuiter. quia non accipitur in diffinitione corporis. neque corpus in diffinitione loci. Ideo aliter solui potest. quod omnia corpora quæ realiter sunt in loco sunt corpora sensibilia. Nam corpora mathematica sunt in loco secundum imaginationem. ita scribit Commen. in quarto Physicæ auscultationis. in com. 47. & tertio Physicæ. commen. 60. inquit quod propositiones Geometricæ sunt fundamenta imaginationis. De ratione igitur quanti est facere distare. & ideo locus corporibus principaliter debetur ratione quantitatis. sed differentia locorum. puta quod igni debetur locus sursum. terræ autem qui deorsum est. Hęc competunt istis corporibus ratione qualitatū sensibilium. uidelicet merito grauitatis & leuitatis.

Propo. 52.

Vbi est dare maius & minus. ubi est dare æquale.

FAMOSA est propositio. sed fallit in rebus naturalibus in plerisque casibus. nam datur animal inæquale quantum ad perfectionem a fino secundum maius & minus. & tamen non est dare æquale. aliquid enim animal est magis perfectum a fino. & aliquid est minus perfectum. & tamen non datur aliquid animalæque perfectum si cut a fino. nam species entium sunt fixæ numeri. ut patet. 8. Meta. tex. com. 10. Similiter loquedo de magnitudine proprie dicta. seu secundum modum loquendi beati Augustini. nō est magis magnitudo molis. est instantia. nam datur in rerum natura corpus maius luna. & datur corpus minus luna. non autem datur in natura corpus æquale luna. Et ideo patet error illorum qui super hac propositione fundati iniquunt dari æquale ad pondus in qualitibus alteratiuis. patet enim quod predicta propositio si quid ueritatis continet. est in Mathematicis. & in entibus imaginariis. nam propositio nes eorum sunt fundamenta imaginationis. ut dicit Auer. 3. Phy. com. 30. Vnde aduerte quod multe propositiones sunt uere secundum Mathematicam considerationem. quæ in sola imaginatione consistit. quæ tamen nō sunt ueræ secundum Physicam considerationem. & ut ex eodem intellectu tum dabo exemplum in plerisque casibus. Dicunt Mathematici quod sphaera contingit planum in puncto. sed hoc negat Naturalis. pro hoc uidet Aristo. primo de Anima tex. com. 13. ubi inquit. sed sicut recto in quantum rectum multa accidit ut tangere aeneam sphaeram secundum punctū. non tamen tangit hoc separatum rectum. inseparabile. si quidē semper cum quodam corpore est. ubi Com. inquit contactus uerus quem habet linea cum sphaera. hoc enim inuenitur extra animam in quantum linea est in corpore & figura sphaerica in corpore. uerbi gratia in quantum linea est in ligno & sphaericum in cupro. Impossibile est enim ut contingat linea sphaeram in quantum utraq; est abstracta à materia nisi contactus sit mathematicus non naturalis. idem habetur in 3. Meta. in text. com. 8. ubi dicit Comen. in com. quod Geometria demonstrat quod linea recta tangit circulum in puncto. sed linea sensibilis non tangit circulum sensibilem nisi in puncto. Et similiter ponit quod sphaera tangit superficiem in linea. sed sphaera sensibilis non tangit superficiem sensibilem nisi in superficie. Et ex hoc poteris diiudicare quantum decesserit in Naturalibus subtilis doctor in 2. Sententiarum distinct. 2. quod 9. de motu angeli. qui per argumenta facta in Mathematicis. quæ procedunt de motu imaginario. contendit idem alfeuerare de motibus Physicis. Nam licet conclusio uera sit in se. non tamen in uia Peripatetica concessa est. ut patet. 6. Phy. tex. com. 32. Similiter etiam motui circulari secundum Physicam considerationem nihil dicitur esse contrarium. tamen Mathematici sequentes imaginationem in motibus circularibus imaginariis ponunt contrarietatem. unde Commen. 1. Cœli & mundi in com. 32. inquit. Ego autem longo tempore feci morā in hoc in quo non intellexi explanationem illius loci utilitatem. sed Deus induxit me ad ueritatem. Et secundū hanc explanationem erit intentio sermonis Arist. quod motus circularis non habet contrarium non in eo quod motus est abstractus à corporibus naturalibus. sed in quantum est à corpore naturali secundū naturam. quoniam si esset acceptus motus in imaginationibus abstractus à motu. non contingeret impossibile ponendo eos contrarios. & eisdem speciebus. uerbi gratia cum imaginauerimus duos motus super eundem polum. & idem centrum ad duas partes diuersas contingit necessarium ut prohibeat. sed & contrarietur in ter se. & secundum hunc modum possibile est existimare quod in motu circulari sit contrarietas. Et cum isti duo motus fuerint positi in corporibus naturalibus. reuertetur possibile ad impossibile. s. esse contrarietatem in eadem specie. quia tunc contingere ut una. res destrueret se. & sic natura faceret octofolium. uerbi gratia secundum considerationem Geometricæ superficies. & sphaera possunt se contingere super punctum. & cum fuerint in corpore naturali non possunt tangere. nisi super partem diuisibilem. Et ex præfata aut

K

Error ma
torum.

L

Cōtra si

M

Quæsi
in motu
circulari
ubi dicitur
contarietas